

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection](#)[Mythologia, Venise, 1567 - Livre IX](#)[Item](#)[Mythologia, Venise, 1567 - IX, 09 : De Lycaone](#)

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 09 : De Lycaone

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[129\] : De Lycaone](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 09 : De Lycaone](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 10 : De Lycaon](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 09 : De Lycaon](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination278v°-279v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Lycaon](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

plicanda illa quæ fiunt in sublimi ab antiquis. est enim idem atque si dixissent; vapores ex aqua & terra virtute caloris cœlestis, solis scilicet extenuati sublimes extolluntur, qui ubi condensantur eliso calore, fiunt contrua & fulgura & fulmina, quæ deorsum ab aere supremo, qui Iupiter appellatus est, pelluntur ac deliciuntur. Hi dicuntur fuisse aliquando in tartarum à patre detruſi, & in lucem postea à Ioue reuocati, quoniam calor per hyemem vapores inferius attrahit sub terram, cum vis frigoris illos intra terram coerceat: at Ioue reuocante temperie aeris scilicet, è tartaro liberantur, Campe cœsa, siue glaciè potius & crusta terra liquefacta. fabulantur Polyphemum victum fuisse dolo ab Vlyſſe, cum antea esset omnibus formidabilis, quia prudentia mortalium res arcanas naturæ denudauerit, quæ ætequam cognoscantur sunt in maxima, admiratione ac metu, quales feruntur fuisse eclipses ante Thaletis tempora, qui primus naturam rationemque defectuum solis & lunæ patefecit, animosque mortalium insigni trepidatione liberauit. At Cyclopibus tamen aram pro mortalium dementia fructam fuisse ad quam res diuina fieret, scripsit Pausanias in Corinthiacis, & diuinos honores illis fuisse institutos. ac de Cyclopibus satis, nunc de Lycaone dicamus.

20

De Lycaone.

Cap. IX.

Nequè verò Lycaon satis commodum pro sua crudelitate vitæ suæ finem consecutus fuit; quem tradiderunt fabulæ pro sua feritate ex humana forma in belluam omnium propè ferarum crudelissimam Deorum immortalium ira versum fuisse. Lycaon fuit eius Pelasgi filius, qui regnavit in Arcadia; qui cum primum regnare cœpisset, rudes adhuc homines tuguria ad arcendas frigiditatis & æstus & imbrium & ventorum iniurias ædificare docuit; tunicasque facere instituit è coriis suillis. Deinde à frondium & herbarum & radicum vsu, quibus vel incaute perniciosis aliquando vescebantur pro cibariis, ad salubriores glandes, & ad eas præcipuè quæ de sagis legerentur, diuertit; quare illud dictum est, de Arcadibus ab oraculo;

30

Πολλοὶ ἐν Ἀρκადίᾳ βελαντινὰς ἀλλοτρίων.

Plurimi in Arcadia vescentes glande feroces
Mortales habitant.

Lycaonis mater fuisse dicitur Melibœa Oceani filia, vt putauit Hesiodus, vel, vt aliis magis placuit, Cyllene nympa, vt scripsit Apollodorus lib.3. Fertur Lycaon eodem tempore imperasse Arcadibus, quo Cecrops Atheniensibus; quem Iupiter in lupum vertisse dicitur, quoniam aram Iouis Lycæi infante mactato humanum sanguinem libauerit. Aiunt inter ipsa sacra, antequam ab ara discederetur, illum in lupum fuisse mutatum, sicut ait in Arcadicis Pausanias. hic in Lycæo monte Lycosuram urbem condidit, Iouem Lycæum appellauit, & ludos in eius honorem instituit, quæ vocata sunt Lupercalia. Neque vero solus Lycaon dictus est in illis sacrificiis in lupum fuisse conuersus, sed etiam alii cœplures ex hominibus temporibus sequentibus: qui non tamen in omne tēpus erant mutati, sed decimo tandē anno, nisi interim humanā carnem gullassent, pristinā formā recuperabant. Neque, sanè mirū est hæc memoriæ prodita fuisse ab antiquis, cū præsci illi homines Deorum hospites & cōiulæ pro iustitiæ pietatisque meritis effici dicerētur, quare visis

40

bouia

bonis & piis certissima premia, sceleratis & fontibus ingētia supplicia ex ira Deorū pponebātur. Sed ante quā in lupū verteretur ex vxore Atlantis filia, & ex aliis nonnullis multos filios suscepit; quorū hęc sunt nomina; A cacus, Acontes, Aegeon, Anryor, Archebates, Aliphenus, Amon, Bucolion, Cane-
 thus, Carteron, Corethion, Cynethus, Cletor, Caucon, Eleatas, Elisson, Eu-
 mon, Eugmon, Eumetes, Genetor, Harpalycus, Heræus, Harpaleus, Ha-
 mon, Horus, Helix, Leon, Linus, Lycus, Menalus, Mecistus, Macareus, Ma-
 cedon, Macedonas, Mantinus, Nyctimus, Opleus, Orchomenus, Peucecius, Po-
 lichus, Pallas, Prothous, Physius, Phassus, Phthius, Phineus, Pottheus, Phthi-
 nus, Plato, Socleus, Srymphalus, Titanas, Thnocus, Tegeus, Trapezus. Nam
 cum Apollodorus quinquaginta fuisse inquit, ego tamē multo plures fuisse
 apud varios scriptores inuenio: quippe cum Callisto etiam, de qua & Iou-
 e natus est Arcas, quem tamen quidam Apollinis filium fuisse malunt; &
 Dia, de qua & Apolline natus est Dryops, filix fuisse Lycaonis memoran-
 tur. Hecærus Milesius libro secundo Genealogiarum longe aliam tradidit
 rationem cur Lycaon & eius filii fuerint in lupos conuersi, quam explicauit
 postea Ouidius; sic enī inquit; *αἰλαργὸν ἢ παῖδ' ἑὸν καὶ τ' ἄλλου, ἢ παῖδ' ἢ Λυκάου*
ἐκ μελιβόου κίρρι, ἢ τῶν πολλῶν ἢ φασί. ἦτοι ἕκαστα βασιλεῖς τῶν ἀρκαδῶν κατὰ δὲ
κατὰ χρονοτάτην ἐκ ἀλλήλων ἄλλοι παῖδες λαβὼν, αὐτῶν ἢ ἑτέροις ἀεὶ ἢ καὶ τῶν
αἰετῶν προσέλαβον, ἢ μακάρας, Διὸς γένεον, καὶ Νυκτίου, καὶ Κούρου, Λύκου, Φθίουτι,
καὶ Τελιόου, Ἄμον, Μαντίνου, Στυμφάου, Κλήτου, Ἐρχομένου, καὶ ἄλλων, ἢ παῖδ' ἢ
ἑτέροις καὶ ἑσπεροῦσι ἕκαστος ἢ δὲ ζῶντος χρονοῦ βασιλεῖς παρῆνται αὐτοῖς, ἢ αὐτῶν κ
ἀλλοῖσι ἐπὶ τῶν ἑσπερῶν τῶν ἐχούων πατρῶν ἐφάντηται, καὶ τὰ ἀλλὰ χρονοῦ πατρῶν
ῆσαν ἢ τῶν ἑσπερῶν. αὐτῶν δὲ ζῶντος ἑσπερῶν καὶ κούρου, τῶν μὲν πρῶτον αἰετῶν ἢ ἑσπερῶν
ἢ τῶν ἑσπερῶν ἢ ἀρκαδῶν, καὶ τῶν ἑσπερῶν αἰετῶν καλῶνται. τῶν δὲ Λυκάου πατ
ῶν ἢ ἀετῶν αἰετῶν ἢ ζῶντος καὶ αὐτῶν Λυκάου τῶν μὲν ἢ Λυκάου ἑσπερῶν αὐτῶν ἑσπερῶν.
 Pelasgus fuit Iouis & Niobes filius, qui filium Lycaonem è Melibcea susce-
 pit, vel, vt alii putarunt, è Cyllene. Hic postea cum Arcadam imperium
 adeptus esset ex quodam oraculi responso, multosq; filios è variis nuptiis
 suscepisset, cum esset ipse impius impios quoque filios habuit; inter quos
 fuit uxnelaus Thesprotusque cum Nyctimo & Caucone, Lycus, Phthius,
 Teleboas, Armon, Mantinus, Strymphelus, Cletor, Orchomenus, & alii.
 Omnium igitur horum admirabilis erat improbitas, & temeritas, siquidem
 vel Ioui in pauperem operarium verso, quem ipsi in hospitium inuitaue-
 rant, dicuntur vnum ex infantibus indigenis iugulasse, & eius intestina Ioui
 cum aliis cōmissa epulanda in mensa apposuisse. Id scelus abhominatus Iu-
 piter mensam quidem subuertit, vnde locus ille in Arcadia vocatus est Mē-
 sarius, & Mensaria ciuitas extructa postea; at e Lycaonis filiis vna cum ip-
 so Lycaone, quoniam impie in hospitem egissent, hos quidem fecit lupos,
 illos percussit fulmine. Sic etiam Callisto Lycaonis filia in vrsam conuersa
 est quia cum venaretur cum Diana à Ioue fuit compressa, ne dignosceretur,
 de qua natus est Arcas. Id cum scribat Paula. in Arcadicis, miratus sum cur
 dicat vnicam tantum filiam fuisse Lycaoni inter tot mares, quam etiam in-
 quit in gratiam Iunonis fuisse sagittis transfixam: cum Dia etiam Dryopis
 mater filia eius fuerit, vt scripsit idem Hecærus. At cur hęc ficta sunt, &
 memorię prodita, vt ad posteros peruenirent? quia per illa quę de homi-
 nibus fingebantur, significare nobis volebant, quo pacto vel motus animorū
 essent reitēnandi, vel ad humanitatem, & beneficentiam, & Deorum cultum
 boita-

10

20

30

40

Mythologia I

hortabantur; & omnino per fabulas de hominibus confictas vitam humanam optimis moribus instituire conabantur. Sic igitur per Lycæonis fabulam, cum, vel Deos ipsos in hospitium mortalium aliquando accedere sumpta pauperum figura dicerent, humanitate aduersus omnes hospites uti oportere significabant: quod si quis parui Deorum præsentiam facere videretur, neque moueretur eorum reuerentia, quia Deos nemini infensos esse crederet, hunc ingentibus præmiis & pollicitationibus ad probitatem adhortabatur, cum multa præmia honorifica data sint à Diis, humanis & benignis hospitibus: quale fuit munus Triptolemi. At contra permulta sunt exempla, quæ à crudelitate & perfidia in hospites deterrebant, quod accidit conuiuio Pelopis, & eorum qui grauissime ob suam crudelitatem ab Hercule, & ab aliis Deorum filiis sunt oppressi. Quis enim cum videat ex altera parte ingentia supplicia fontibus à Diis irrogari, ex altera laudes, & gloriam, & honorifica præmia viris bonis esse proposita; supplicia potius elegerit, & se sanx mentis esse fateri audeat? At de Lycæone satis, nunc de Pandione dicamus.

10

De Pandione,

Cap. X.

- 20 **F**uit Pandion illius Erichthonii, qui, pulso Amphictyone de regno, Athenis imperauit, & Pasithea Naidis Nymphæ filius, ut scripsit Apollodorus libro tertio Bibliothecæ. Hic mortuo patre Erichthonio in regnum successit, quo tempore Ceres & Liber pater in Atticam venerunt. Fertur vir bonus fuisse Pandion, sed vna in re parum fortunatus, quod filiam prognem, (nam illam & Philomelam, & geminos Erechtheum ac Butem, à Zeuxippe matris suæ sorore susceperat, ut ait Apollod. lib. tertio.) Terreo Martis & Bistonidis filio, quo socio in bello de finibus aduersus Labdacum usus fuerat, strenuo sanè viro, at nefario, & in libidinem propè furioso, in matrimonium concesserit. Eius enim libido ipsum denique in eam rem demeritarum difficultatem induxit, ut ipsi in vrpupam verti satius fuerit denique, quam hominem viuere; cum Progne & Philomela & Itys in aues fuerint conuertæ cum summa eius familiæ ignominia & opprobrio, ut ait Hora. lib. 3. Carminum;

30

Nidum ponit, Itym flebiliter gemens
Infelix auis, & Cecropiæ domus
Aeternum opprobrium.

- Fuerunt autem Pandiones complures. Dicunt enim quod ubi Boreas Zetem & Calaim ex Orythia procreasset, & Cleopatram, illa nupsit Phineo, de qua ille Pleuxippum & Pandionem suscepit, quamuis alii eos vocatos fuisse Terymbam & Aspondum maluerunt. Hi post matris mortem parui adhuc existentes ab Idaea Dardani filia, vel, ut aliis placuit, Idothea nouerca, Cadmi sorore lumine capti sunt: de quibus scripsit Apollodorus lib. 3. Fuit alius Cecropis & Metiadusæ Eupalami filius; sed reliqui omnes obscuri sunt, cum vnus Erichthonii filius, qui patri in regnum successit ob eam familiæ labem celebratus fuerit à poetis. Hic filios habuit Aegeum, Lycum, Pallantem, Nisum, ut ait Strabo libro nono, qui etiam carmina quædam ad eam rem confirmandam à tympanistis Sophoclis recitauit in quibus etiam descriptum est, quæ loca singulis filiis pater possidenda tribuerit. Quod autem Aegeus Pandionis filius patri in regnum successerit, ita scriptum est à Phænodemus in lib. 5. de rebus Atticis;

40